

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus ascetico-theologicus de conscientia erronea - Cod. Ettenheim-Münster 75

Cartier, Jean-Baptiste

[S.l.], 1733

Articulus 6

[urn:nbn:de:bsz:31-108631](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108631)

pro scrupulosa deponenda cons-
cientia in communi dicta suffi-
ciant; nunc ad magis particu-
laria descendamus.

Articulus 6^{us}

Quanam remedia inseruiant
scrupuloso, qui angitur,
num tentationi interne
non consenserit.

Solent communiter scrupulo-
si cum malâ suggestionem v.g.
obscenâ cogitatione appetun-
tur continuo subsistere, eam-
dem identidem versare, ac longum
desuper instituire examen hoc ce-
modo; qualis fuit illa cogita-
tio? diu ne ei inhaesi? aliquam-
ne in ea culpam contraxi, an de-
bitum, ut oportuisset remissionem
adhibui, aut consensum in eam
præbui? vnde nam illa ortum
habuit? aliqua ne mea hic inter-
uenit culpa? Et hac ratione
miserabili cerebrum fatigant, ca-
put obtundunt, mentem reddunt
magis perplexam, meticulosiore
faciunt conscientiam, et sese ad
insaniam propè redigunt.
Hi igitur amo noverunt, quod

66
non noceat sensus, ubi non est
consensus, ut supra iam diximus,
magisq; ex dicendis patebit.

2^{do} eos credere oportet, ~~se~~
~~se mortaliter nunquam deli-~~
quisse, nisi certo sciant, imo
si ad extremum scrupulositati
deuenerint, nunquam existi-
ment, se mortaliter peccasse,
nisi parati sint jurare se ple-
nam de peccato suo aduertisse
malitiam.

3^{tio} In actu tentationis,
aut eâ illiò recedente, nunquam
disquirant, an consenserint nec
ne, ut supra S. 9. monuimus,
sed expectent, donec mens per-
fecta tranquillitati reddita sit.

4^{to} Plenam eorum signorum
habere debent notitiam, quibus
diagnosci potest consensus uel
dissensus in peccatum; Sunt autem
sequentia:

1^{mu}. Si scrupulosq; mox post
tentationem dubitet, an non for-
san consensum dederit, signum
est eum non consensisse. Ratio
est, quia perfectus in mortale
consensus tanta est iniquitas,
ut vix celari possit, sed potius
mox se spectabilem probeat.
Proterea scrupulosi à mortali

Summopere abhorrent, constat
autem, quod, qui erga quoddam
malum magno afficiuntur hor-
rore, si quondam eo corripian-
tur, illud vel maximè perfen-
disant.

2^{da} Si ita affectus sit, ut
malit potius mori, quam Deo
unquā graviter offendere, ac
identidem hunc renovet ani-
mum ac propositum, signum
est, eum perfectō odio odisse
peccatum, ac prōinde favens
stat pro eo præsumptio, quæ
enim odio habentur, facile
discernuntur, si postea plene
amentur.

3^{ta} Si nesciat an vigilan-
ti an dormienti peccatum con-
tigerit, iudicat dormienti acci-
disse, quia si fuisset plene
sibi præsens ac vigilans, de hoc
nequaquam dubitare posset.

4^{ta} Si terreatur ac alio
divertat mentem, quando ma-
gis peccati malitiam aduer-
tit, signum manifestum est,
plerum non adfuisse consensu;

id enim palam faciunt terror,
ac tam subita ^{mentis} mutatio.

5^{ta} Quando materia actionis
de se inferiori parti animae
grata est, si tamen superiorem
partem non afficiat, signum *Specialiter*
est non adfuisse plerum consen-
sum; nam alioquin voluntas
sua non caruisset delectatione.

Ceterum qui horrendis infestantur
cogitationibus quasi Deum v. g.
crudelem, iniustum & consecant,
Sanctissimam vero virginem pecca-
tricem nuncupant. venerabile
sacramentum pedibus proculcent,
aut proculcare uelint, quamvis hu-
iusemodi cogitationes usque ad medullas
animae ac proinde etiam ad volun-
tatem pertinere uideantur. nihil
ominus ab earum consensu alic-
uissimum merito consentur; eo quod eas
magis patiantur quam ament, cuius
tanto sunt certiores, quo horribilio-
res sunt cogitationes. Cassant
igitur se usquequaque a Deo relicto,
et gratiam illius exiudicare conueni-
unt propterea quod tam horrida est
animi et cogitatione uolunt. nulle
quippe in eis subest culpa, sed po-
tius suam reuerentiam magna ^{sibi} accumu-
lant merita et quanto magis a
Deo recessisse tantumant, tanto ⁷ perperam
magis ad eum accessisse firmiter
sunt teneant.